

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

Nobilissima memoriae Ant. Augusti

THEOGNIDIS,

PYTHAGO-

RÆ, PHOCYLIDIS, TYR-
TÆI, SOLONIS, ET ALIORVM

POEMATA GRAECA.

Seminarij S. Wenceslaji

I T E M.

1663.

HOMERI PVGNA RANA

RVM ET MYRIVM, SINGVLA, VT

Lector eruditus, et candidus fatebitur,

accurratè, & perspicuè reddita

carmine Latino

A
M. HIERONYMO OSIO

Turingo P. L.

VITEBERGÆ EXCVDE

bat Laurentius Schuenck.

Anno 1563.

NOBILIBVS, AC STRE-
NVIS, ET DOCTRINA CLARIS: D.
Venceslao à Wresouitz, & in Byfsitz,
Consiliario Imperatoris Ferdinandi, &
Cubiculario Sereniss: Principis Ferdinan-
di, Austriae Archiducis &c: & Fratri hu-
ius germano D. Sebastiano in
Tauthouitz & Kystra, DN.
& Patronis suis colendis
Hieronymus O-
sius. S. D.



VÆ sunt causæ præ-
cipuæ, quare in literis
multos versari debere
sapientes existiment,
Agnitio videlicet ve-
ri Dei, & felix Rerũ
publicarum administratio, quarum poste-
rior prioris finis rectè perhiberi potest:
Etenim ab initio propterea propicius De-
us voluit genus humanum congregari, vt
inter sese alter alterum doceret de pieta-
te, de veris officijs virtutum, de Creator
& conseruatore hominum & omnium
rerum, de miserijs huius vitæ, de spe futu-
ri seculi, alijsq; rebus ad eternę salutis poss-
sionem

SDD/97/99

sessionem cognitu necessarius. Et hi exigui congressus postea creuerunt, vt maiores coetus in vrbib. coirent, donec ad Regnorum Imperiorumque constitutionem ventum est.

Hæ administrationes omnes à Deo idcirco ab initio institutæ sunt, et idcirco ab eiusdem beneuola nobis clementia seruantur, vt ipsi seruiant, vt in Iesaja de Ecclesia dicitur : Reges erunt tui nutritores. Iam id manifestum est sine doctis & intelligentibus viris in mediocrib. Rebus publicis parum rectè administrari. Eò autem Magistratus fuerunt beatiore, diuturnioresque, quò, qui eos gererent, doctiores & peritiores essent, & quò plus in sapientiæ inuestigatione profecissent. Eorundemum consilia, eorumque conatus salutares fuerunt, si accessit diuina benedictio, sine qua nihil, etiam inter eos, qui palmã virtutũ præstantiæ, aut sapientiæ sibi merito vindicarent, felix ex omni parte fuit.

Plurimum certè debent omnes Respublicæ bonis literis, quod quàm suauiter, quàm pulchrè, quàm elegãter Callimachus his versibus in Hymno in Apollinem scripto indicat :

ἀγθεκόμεαι, δύο ἔντα πέδω λείβουσ' ἰμ' ἐλαία,
ὄν λιπὸς ἀπόλωνος ἀποσάζουσ' ἰμ' ἔθραϊ
ἔλλ' αὐτῶ πανάκειαν, ὃ ἄσει δ' ὠκεμ' ἐκφναί
πρῶκες ἔραζε πέσωσιμ' ἀκήρια πάντ' ἐγένοντο.

Affirmat de vertice Apollinis fra-
grantissimum balsamum stillare. Quibus
verbis ostendit, omnia ibi esse secunda, vbi
bonę artes coluntur, dominari leges, re-
ctè distribui honores, seruari æqualitatem
contractuum, retineri dominia rerum, a-
micitias et mutuas conuersationes, florere
pacem, quam oleæ significatione veteres
ornabant. Quid, quæso, hoc statu est iu-
cundius? erit certè omnium summum bon-
num, si modò id, quod summum bonum
est, adsit, videlicet vera agnitio & celebra-
tio diuini nominis. Tale fuit decus totius
orbis terrarum vrbs Ierosolyma, cuius gu-
bernator summus ipse Deus fuit.

Iam hoc fateamur, literarum quoque
studia esse necessaria, ad veram doctrinã
de Deo conseruandam, & quasi fasciolas,
quibus inuolutus est tenellus puer, noster
Redemptor. Quanta fuerūt instructi do-
ctrina Prophete, Sacerdotes et Apostoli?

Certè citius abolebuntur pietatis semi-

na, si Ecclesiæ doctores excolere sese disci-
plinis honestis desinent. Ita neque alios
rectè erudire, neque ipsi rectè discere pos-
terunt, nisi fontes inspiciant, quos in lin-
gua Hebræa, Græca & Latina seruari
diuinitus constat.

Semper vero & apud omnes gentes
P O E S I S in honore fuit. Nihil enim
est dulcius, quod vehementius animos ho-
minum percellat, & quasi extra sese rapis-
at, quàm sonorum, elegans, argutum &
castum carmen, quo vel diuinæ laudes re-
citantur, aut res gestæ heroum celebra-
tur, quod ipsum Musarum proprium est
officium, vt verissimè à Theocrito in Cha-
ritibus scriptum est.

ἄειτό τε το Διὸς κέρας μέλα, ἄι ἐναοιδότῃς,
ὑμνήσῃ ἀθανάτῃς, ὑμνήσῃ ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν

Quantum Ethnica vetustas Homeri-
co poemati tribuerit, notissimum est, præ-
terea extat grauissimum iudicium Basilij
de Poematibus Homeri & Hesiodi, καὶ ὅσα
καὶ ἢ ποίησις, inquit, τῶ ὁμήρῳ καὶ ἠσίοδῳ ἄ-
ρετῇ ὄσι ἔτασαν. Athenienses Poema Ho-
meri annuatim populo recitari publicè cu-
rârunt. Pausanias autor est se in Helicone

opera Hesiodi in plumbo insculpta vidisse: ac Græci hunc Poetam soliti erant ediscere, quemadmodum nostri pueri certas preces ediscunt. Habuerunt etiam vel mediocres Poetæ suos Mœcenates ac Patronos omnibus temporibus in familijs summorum Principum, à quibus & in honore habiti fuerunt. Simonidem & Aeschylum Hieron Princeps Syracusarum magnificè. Anacreontem Teium Polycrates in delitijs habuit. Eurypides apud Archelaum Macedonem vixit et claruit. Antigonus Macedonum Rex Aratum Solensem coluit. Quanti Augustus Cæsar Virgilium fecerit, sermonibus & monumentis doctissimorum virorum celebratum est. Hæc eò commemoro, vt, quæ dignitas Poeseos omnibus seculis fuerit, ostendam. Etsi verò illis summis artificibus me nequaquam annumero, tamen inter eos me libenter refero, qui, quantum in hoc genere indefesso studio imitationis possunt, illud omne ad bonas & sanctas res carmine illustrandas conferunt. Rectissimè enim facere illi existimandi sunt, qui eo fine studia literarum colunt, vt sint
vsui

vsui & ornamento Ecclesiæ Christi, et re-
bus publicis : At contra deridendi & exe-
crandi potius, quàm fouendi sunt, qui so-
lam delectationem et voluptates in literis
quærunt, aut ijs abutuntur, vt plerique
Poetarum (de ijs, qui graua & vtilia pos-
teris tradiderunt, non loquor) quorum
perniciosa potius, quàm vtilis, cum iuuen-
tuti, tum alijs erit lectio.

Quare magis celebrabimus eos, qui sas-
cras odas scripserunt, vtilis pijs mètibus,
vt Nazianzenum, Nonnum, Apollina-
rem. Scommata, lusus lasciu, aut scurriles
insectationes ingenuos homines non dele-
ctant. Musæ, vt supra dictum est, casti-
tatem ac grauitatem amant, ac honestatē
à Poetis requirunt: Spurcitiam & obscæ-
nitatem odio prosequuntur. Quamobrem
hoc dedi operam, vt mea Musa Deum so-
tem & autorem omnis sapientiæ celebra-
ret: eo consilio recens aliquorundam Græ-
corum Poëtarum scripta Latino carmine
accurratè reddidi, ac typis impressa pub-
licaui. Quia verò veteribus Poetis vsitatū
fuit ex ordinibus Principum deligere Pa-
tronos fautores, quorum autoritate Poe-
mata

mata commendarentur, secutus exemplū
illorum, quos imitandos sumpsi, V. Excel
lentiarum auspicio, Nobiles ac clarissimi
viri, hoc opus edere volui, quòd acerrimū
studium V. ex: in omnium artium
ac disciplinarum genere, eximius amor ce
ga literas et earum Professores, grauissimū
iudicium de summis rebus, cum alijs vir
tutibus, quibus eminentis prorsus, vno om
nium ore, et eorum quidem maximè, quo
rum iudicia nos meritò admiramur, suscipi
mus, ac sequimur, in inclyta gente Boie
mica prædicatur. Non dubitò itaque,
quin et has meas lucubrationes ea fitis ac
cepturi voluntate, & clementia, qua bon
as artes omnes prosequimini.

Offero ergo V. excellentijs mearum
operarum opus qualecunque, méque &
mea studia . V. ex: debita cum obseruan
tia reuerenter commendo, ac oro Deum
æternum Patrem Domini nostri Iesu
Christi, vt Vestras ex: clementer Spi
ritu suo sancto regat, tueas
tur, & conseruet.

A M E N.

CANDIDO LECTO

R I S.

CUM præter alios autores Græcos, & Theognidis sententias ijs enarrarem adoleſcentibus, qui me priuato præceptore utuntur, & horum aliquos ad artem Poëticam procliuēs, ac idoneos eſſe uena ipſorum oſtenderet: ut ad exercitia Poëtica meo eos exēplo eò magis incitarem, Theognidis, aliorumq; Græca Poëmata Latino carmine ita quidem uerti, ut & uerba, & ſententias autorum, quātum omnino fieri potuit, diſertè & perſpicuè expreſſerim, ut non dubitem candidum, ac eruditum Lectorem ſiſſurum eſſe, meam uerſionem uel commentarij loco in hos ſcriptores eſſe poſſe.

Quanto uerò labore opus fuerit antè, quàm hoc præſtare potuerim & propter obſcuritatem ſententiarum, & confuſaneam earundem ſarraginem uerum ſenſum aſſequi, ac perſpicuè reddere, lectores peritos artis Poëticæ, ac candore, & iudicio præditos iudices facio. Adeo autem ſuaues, ac plenas doctrine ſententias Theognis, Pythagoras, Phocylides, & reliqui tradiderunt, ut de eis iure dici illud Horatij poſſe uideatur: Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

Hæc Poëmata cum ego, quo potui, Dei beneficio, carmine perſpicuè reddiderim, ſpero hunc meum laborem adoleſcentibus literarum ſtudioſis gratum, ac utilem fore. Vale candide Lector, & meas has lucubrantiunculas qualeſcunq; boni conſule.

imo uimis libere ^{HE=} audacter
et confuſe. Nemo enim

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

ἄρ' ὁ δλοφύρονται μὲν ὁμῶς νέοι, ἢ δὲ γέροντες,
 ἄργαλέω δὲ πόθῳ πᾶσα κέκκηθε πόλις.
 καὶ τύμβῳ καὶ παῖδες ἐν ἀνθρώποις ἀρίσκιμοι,
 καὶ παῖδ' ὠμ παῖδες καὶ γῆϋθ' ὄξοπίσω.
 οὐδέ ποτε κλέος ἐσθλὸν ἀπόλλυται, οὐδέ ὄνομ' αὐτ',
 ἀλλ' ὑπὸ γῆς πρὸς ἔωρ γίνεται ἀθάνατῳ.
 ὅρ' ἴψ' ἀρισεύοντα, μένοντά τε, μαρνάμενόν τε
 γῆς παρὶ καὶ παῖδ' ὠμ θούρῳ ἄρης ὀλέσθ'.
 εἰ δὲ φύγοι μὲν κῆρα τανηλεγείῳ θανάτιο,
 νικήσας δ' ἀιχμῆς ἀγλαὸν εὐχῳ ἔλοι,
 πάντες μὲν ἴμῳσιν ὁμῶς νέοι, ἢ δὲ παλαιοί,
 πολλὰ δὲ τροπνὰ παθῶν ἔρχεται εἰς αἰδύω.
 γηράσκων δ' ἀσοῖσι μεῖα πρέπει, οὐδέ τις αὐτὸν
 βλάπτειν, οὐτ' αἰδέσθ' οὔτε δίκης ἐθέλει.
 πάντες δ' ἐν δώκοισιν ὁμῶς νέοι, οἷτε κατ' αὐτὸν
 εἴκοσ' ἐκ χῶρης, οἷτε παλαιότεροι.
 ταύτης ναῦ τις ἀνήρ' ἀρετῆς εἰς ἀκρόν ἰκέσθαι
 περσάσθω, θυμὸν μὲ μεθίεις πολέμου.

τὸ αὐτὸ, ἢ καλλίνος.

Μέγρις τὰ κατὰ κείθε, κότε ἄλκιμον ἔξετε θυμὸν,
 ὦ νέοι, οὐδέ αἰδέσθ' ἀμφὶ πρυκτύονας
 εἴδ' εὖ λίω μεθιέντες, ἐν εἰρῶνι δὲ δοκῶτε
 ἦσθαι, ἕταρ πόλεμῳ γαῖαν ἄπασαν ἔχει.

καὶ τις ἀποθνήσκων ὕσατ' ἀκονίσάτω.
 τιμῆέν τε γὰρ ὄβρι, καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθαι
 γῆς πέρι, καὶ παῖδ' ὠμ, κεριδίης τ' ἀλόχου.

δυσμῆ

Hoc dolor acris agit iuuenes pereunte, senesq;
 Vrbs desiderio totaq; tacta gemit.
 Busto cuius honos manet, & sua fama nepotes,
 Natorumq; genus sera propago trahit.
 Nec decus huic clari perit ullo nominis auro,
 Quo, cum terra tegit, nescius ille mori est.
 Quem Mars præstantem, atq; ausum huius adire tua
 Pro patriæ orbe neci, progenieq; dedit. (multus,
 Effugit hæc quòd si post acta pericula mortem,
 Victorem meriti gloria quanta manet?
 Hunc iuuenem magno dignatur honore, senumq;
 Turba, bonisq; orcum pluribus usus adit.
 Hunc senio curant confectum, ac ledere ciues
 Nolunt, & tribuunt iusq;, fidemq; viro.
 Cedunt huic iuuenes uicini, huic cana senectus
 Sponte locum, & sedem, cum uenit ille, suam.
 Istius ergo decet superare cacumina laudis,
 Præsentiq; geri pectore Martis opus.

Alia Tertia, ad Callini.

Quò uirtus uestra usq; iacet, uigor unde redibit
 O iuuenes, hostem nil tolerare pudet?
 Ebria mens adeo est, ut uos in pace putetis
 Nunc positos, bellis cum loca nulla uacent.
 Ergo quis aduersum nunc arma capeisset in hostem,
 Et mittet moriens ultima tela manu?
 Laus est pro patrijs armari maxima regnis
 Adferat ut natos, coniugijq; decus.

ΤΥΡΤΑΙ

Δυσμενέσιρ. Δάναος δ'έ ποτ'έσση, ὅσπ'οτε κερ δ'ἔ
 μοῖρα δ' ἐπικλώσωσ' ἀλλά τις ἰδυε'ίτω,
 ἔγχεσθ' ἀναχόμεσθ', κηλ' ἔσθ' ἀσπίδ' ἄλκιμον
 ἔλασας τὸ πρῶτον μιγνυμένους πολέμῳ. (ἦτορ
 οὐ γάρ κωε δάνατόμ γε φυγεῖν εἰμαρμένον ὄξιν
 ἄνδρ', οὐ δ'εἴ προγόνων ἢ γῆυθ' ἀδανάτων.
 πολλάκι δ'ἰοσπῆτα φύγον κηλ' δ'εἴπορ ἀκόντων
 ἔρχεται, ἐν δ' οἴκῳ μοῖρα κίχεν δανάτῃ.
 ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἔμπαρ δ'ἄμω φίλθ', οὐδ'ε ποθανός,
 τὸμ δ' ὀλίγθ' σφάχα κηλ' μέγας λῦν ἔπάθη.
 λαῶ γρ' εὐμπανῆ π' ὄνθ' κρατ' ὀφρονθ' ἀνδρ' ὅσ
 δ'ησκοντθ', ζῶωρ δ' ἄξιθ' ἠμιθέωμ.
 ὅσπ'ορ γάρ μιν πύργον ἐν ὀφθαλμοῖσιρ δρῶσιρ,
 ἔρθε γαῖρ πολλῶμ ἄξια μοῦθ' ἔωμ.

τοῦ αὐτοῦ.

ΑΛΛ' ἠρακλῆθ' γρ' ἀνίκητον γῆυθ' ἔσε,
 δαρσῆτ', οὐπω ζεὺς ἀνχένα λοξὸμ ἔχε.
 μὴ δ' ἀνδρῶμ πληθύνει δαιμάνετε, μηδ'ε φοβεῖσθε,
 ἰδυε δ' ἐς προμάχονε ἀσπίδ' ἀμῆρ ἔχέτω.
 ἔχθρὰμ μὲν ψυχῶν δέμλυθ' ἀανάτῃ ἢ μελαίνας
 ἀνγαῖσιρ κῆρας ἠελίοιο θίλας.
 ἴσε γρ' ὡε ἄρεωε πολυδακρύτῃ ἔργ' ἀρίδηλα,
 εὐ δ' ὀργῶν ἐδάκτ' ἀργαλέεσ πολέμῳ.
 κηλ' μετὰ φθνγόντων τ'ε δ'ιωκόντων τ' ἐγῆυθε,
 ὦ νέοι ἀμφοτέρωμ δ' εἰε κόρομ ἠλάσατε.
 οἱ μὲν γρ' πολμῶσι πρ' ἀλλήλοισι μλύοντεσ,
 ἐσ' ἀντοχεδῖλω κηλ' προμάχονε ἰέναι.

πανρῶμ

Mors aliàs, non bella geras licet, imminet ultrò,
 Cum Parcæ statuum, quem uoluère, diem.
 Muniti clypeo robustum pectus abeno
 Obijciant hastas, cum furor arma mouet.
 Lege licet nulli fàtorum euadere mortem,
 Sit soboles superæ stirpis alumna licet.
 Forte minas belli, & stridentia tela per auras
 Qui fugit, hunc prensum mors necat atra domi.
 Sed nec amore pari urbs, nec desiderio excipit illum,
 Laudem ceu populi totius alter habet.
 Vrbs desiderio quo tota iacente laborat,
 Hunc & semideis annumerare solet.
 Ceu turrim ante oculos altam quem penè tuentur,
 Nam, multi poterant quæ minus, unus obit.

Alia Tyrtei.

Que uos esse probent genus Herculeum, edite uires,
 Vobis ira Iouis nulla recusat opem.
 Agmine stipatas ne formidate cateruas,
 Dirigite in primos ærea scuta uiros,
 Temnite nunc animas, uitamq; efflare sub auras,
 Quas radij illustrent Sole micante, iuuat.
 Martis opus dubio ferri lacrymabile casu
 Nostis, & hunc pugnas quæ iubet ira sequi:
 Sæpe fugam uisi dare, sæpe reducere palmam
 Estis, utroq; labor uos saturasse potest.
 Ergo manent casus cunctis qui uiribus omnes,
 Et, quos primus habet comminus ordo, petunt:

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

PHILIP. MELANTH.

*Mus breuis & saliens in gurgite Rana palustri,
Dum nulla caussa praelia stulta cient:
Fulmineo pugnas Iouis ira fragore diremit,
Et tandem fugiens agmen utrumq; perit:
Sic modo dira serunt ex bellis bella Tyranni,
Nec res, sed cæcos armat utrinq; furor.
Pestiferiq; magis Thebana Sphinge Sophistæ
Verba uenenato friuola felle linunt.
Aspicit hæc uindex oculis Deus omnia iustis,
Nec, graue cum sparget fulmen, inermis erit.
Gnate Dei bonitate tua mala tanta leuato,
Et serues coetus Christe regasq; pios.*

ERRATVM.

Pag. A. facie 15. Versu 18. lege pro iam ð.

Pag. B. facie 12. post Distichum tertium adde
hos uersus.

*Tanta uiro nulli contingunt, quanta quis optat,
Fert impossibili sepe labore malum.*

